Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1467
Quelle:
Copyright:

Oettalerin. Pſalmis multis praemiſſae ſunt Notae muſicae, atque ut non absque Paraphraſeos ſpe-

Wol dem, der ſich bewaret
Für der Gottloſen Ratt,
Noch auff dem weg beharret
Bey Sünders Miſſethat,

cimine manum retraham, Pſalmus I. ita orditur:

Fleucht der Spotter Geſelſchafft
Vnd ſitzt bei inen nicht,
Derer Torheit Bös ſchaffet
In Wercken gantz entwicht &c.

Typis conatus hos impreſſos fuiſſe non ſemel in *Praef.* innuitur. Aſt ubi et quando?

DCXXXIV.

E. 8 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVI. Folior. 357. non tamen omnium, nec eadem manu perſcriptorum, f. quondam pugnacis memoriae D. *Joh. Friderici Mayeri*, dein ab *Leibnitio* oblatus *Eugenio Sabaudico* inſcribitur: *Aurea Dicta, Expoſitiones ſacrarum Sententiarum, Solutiones Quaeſtionum, Conſilia, Judicia, Carmina, Hiſtoriae, et id genus vtiliſſimus multarum rerum theſaurus tam ex libris, quam ore Reuerendi Patris Martin: Luth: exceptus, ſub prandio, coena et alijs familiaribus colloquijs ac priuatis conuiuijs &c.* Ad margines legas: *Incepi haec ſcribere 26. die Julij. anno 1557. Salzungae.* Itaque anno 11. ab obitu *Lutheri.* Item alia manu: *Hæc dicta perlegere initium feci 19. die Maj. anno 1657. Lipſ.* Nequaquam exhaurit ſaturam hanc Lancem Titulus, utut verboſus. Plurima enim offert aliorum etiam, puta *Brentii, Melanchthonis, Amſdorfii, Oſiandri, Flacii* &c. variorumque inferioris ſubſellii, quae minutatim percenſere volenti libellus ſcribendus foret. Itaque potiora tantum Capita indicare ſat fuerit, cum alioquin plurima huc transſcripta vel in *Lutheri* Tomis, vel in aliorum Opuſculis vulgata extent. Initium facit: *Martini Lut: Sententia in Præfatione ad Galatas. In corde meo iſte unus regnat Articulus, Fides Chriſti* &c. *Fol.* 18. *De Exorciſmo Controverſia agitata Gothae. Anno ſalutis* 1550. In margine: *Canon.*

Widhopff, nicht Amſsel der Vogel heiſt,
Der in ſein Eigen nehſt ſelber Schmeiſt.

Agitur enim contra M. *Georg. Merulam. Fol.* 33. Quomodo agendum cum Peccatoribus publicis. *Erſtlich, ſo die thaten öffentlich vnd vnleughar ſind* &c. *Fol.* 36. *Judicia Conſilia et Sententiae de rebus variis, item conſolationes, praecationes D. M. Luth. et quorun-*